

est, perversa et eversa et subversa est fides columbas vendentium. Quid autem significant columbas vendentes nisi sacros ordines per symoniacam heresim largientes? Quos omnes²⁶ videlicet^t vendentes et ementes cccxviii
 80 presules in Niceno concilio²⁷ congregato^u execrande^v maledictionis ense^y iugulaverunt dicentes: Qui dat et qui recipit, anathema sit. Quas excommunicationes seu maledictiones sub specie illorum^w, qui simili crimine temporibus Ieroboam implebant manus suas et fiebant sacerdotes idolorum, Dominus auctorizat^x dicens^x: *Maledicam*²⁸ *benedictionibus vestris*. Ergo
 85 si est huius criminis reus, iuxta hanc veritatem a Deo excommunicatur. Numquid sine penitentia potest communicari? Quali penitentia? Derelinquat peccatum, per quod tradidit Paraclitum. Igitur si hec ita se habent, quid fatebimur de sacerdotibus, qui non amore religionis, sed causa vitandę penurię per symoniacam heresim presumunt accedere ad consecrandam
 90 nostrę redemptionis eucharistiam? Numquid²⁹ maledictus sua benedictione potest^y panem convertere in Christi carnem^y? Maxime, cum quic-

t) autem *Deusd.* u) *So F₁ für congregati.* v-v) ense execrandae maledictionis *Deusd.* w) eorum *Deusd.* x-x) anathematizans dicit *Deusd.* y-y) panem in Christi carnem poterit vertere *Bern.*

²⁶) *Omnes autem – vestris* (Zeile 84) bei *Deusdedit* (= *Deusd.*), *Libellus contra invasores et symoniacos* II 2, hg. von E. Sackur, MGH Ldl 2, S. 318, 27–319, 1; siehe oben S. 578 Anm. 5 Nr. 2.

²⁷) Der Kanon steht nicht unter den Beschlüssen des ersten Konzils von Nikäa (325), auf das mit den 318 presules hingewiesen wird. Vielleicht ist Kanon 5 des zweiten Konzils von Nikäa (787) gemeint, in dem Can. Apost. 29 und Chalkedon (451) c. 2 zitiert werden; vgl. Chalkedon c. 2 (wie Anm. 10) S. 54, 17 ff.: *Si quis vero mediator tam turpibus et nefandis datis vel acceptis extiterit ... anathematizatur*. Die Simoniefrage ist in gleicher Einstellung auf dem zweiten Nikänum behandelt worden; in Kombination mit diesem Konzil ist die Ep. W bei *Deusdedit*, *Libellus contra invasores* II 1–2 MGH Ldl 2, S. 317 und – von *Deusdedit* abhängig – bei Gerhoch von Reichersberg, *Liber de simoniacos*, MGH Ldl 3, S. 249 f. zitiert.

²⁸) Malach. 2, 2.

²⁹) *Numquid – dampnatam* (Zeile 101) mit Auslassungen bei Bernhard von Hildesheim (= *Bern.*), *De damnatione scismaticorum*, hg. von F. Thanner, MGH Ldl 2, S. 42, 10–17; siehe oben S. 578 Anm. 5 Nr. 1.